In: 9: quest: et 3: quest: Tertio differunt: quia dos de para-
gio debetur In pecunia numerata et In subsidiu fit ex eq̄
super corpore feudi ut dixit Andr: In: d: consti: In aliquibz
In: 5: colu: vers: sed si dicamus: et In consti: signis post ut
late In tracta: meo que: 3: sed vita et militia debetur
super fructibus feudi manu propria ipsiq̄ fratris primoge-
niti soluentis ut supra In quest: 5: et precedet: .

Quarto differunt quia licet dos de paragio In sorore mari-
tata sit tertia tertie portionis eig qua fuisset habitura
si successisset ab intestato In feudo cu eig fr̄e: tn In
sorore maritanda potest ascender: vsqz ad tertiam tota
portione sibi contigete / ut nubat pari adrenta dignitate
et facultate sororis cum eius viro ducendo secundus
more civitatis: vbi contrahitur matrimoniu ut de
clarat Andr: In: d: const: In aliquibus In: 12: col: et
seq: vs: nos dicimz: de quo latig In: d: tract: meo quest:

dos loco leg

dos omnis

dos in pecunia

pot ee usqz ad unum

30 et 32: sed vita et militia no potest ultra tertia
 tertie portiomis predictae pro ut declarat Andr: In
 50. Consti. Comitibz In p^a. et 2^a. lectura: In 2^a. colu: de
 quo supra In. 7. quest: Quinto differunt quia corpus feudi
 potest In subsidium alienari pro dote de paragio: sed non
 potest ipsum corpus alienari pro vita et militia sed possit
 alienari annui redditu ipsius feudi percipiendi per 2^e
 genitum per manum fr̄is primogeniti quolibet anno de
 quo supra In 3^a. differetia

corpus feudi
 potest in subsidium

47
Ex originali libro consuet. D^m. Mazeri qui est
pater D. Jo. Angelum Pinellum

Additio D. Matheri de Afflicto super glor. super v^o a
matris in consuet. si quis vel si qua.

Unum tamen non omitto, quod si maritatus filia secundum
pacta que observantur et observata fuerunt et observari
consueti inter nobiles Capuana et nidi, ex quo inter ipsos
nobiles est pactum quod si ex matrimonio supererent filij, et
decederent in pupillari etate, vel ab intestato quocumque
quod dos revertatur ad Consanguineos matris, ergo a Contrario
sensu si mortuus est cum testamento, non sunt in aliqua
parte successores Consanguinei matris, sed heredes instituti
quia licet in statutis non valeat argumentum a Contrario
sensu, secundum Bart. in l. omnes populi de Just. et Jur.
et notatur per Bald. in l. Conventiculum ex de episc. aud.
tamen bene sumitur argumentum a Contrario sensu ver-
borum Contractus in prejudicium Contrahentium contra Jus
Commune, ut est text. not. in l. inter socerum §. cum vi-
ter ff. de pact. dotalibus, et tenet Guido de Suzar. in l. 1. §.
de officio eius et Alex. et Bald. in l. si venditor de
act. empt. Unde cum sit deductum in pactum ut si ab in-
testato decedant filij, dos deveniat ad Consanguineos uxoris
ergo a Contrario si decedit cum testamento, huc duntaxat
heredes instituti, non obstante quod videtur ex

hoc argumento Correctio Consuetudinis Ciuitatis
Neapolis, que uult ut de bonis, obuenientibus ex
materna uel paterna linea non possit. disponi nisi de
medietate, quia partes in eorum praiudicium per argu-
mentum à Contrario sensu possunt sibi praiudicare, ut
dicit Alex. in d. l. p^a. ff. de officio eius, et ideo se-
cundum dictam partem Capuanam et Nidi si filij mori-
antur postea cum testamento in dote materna Constan-
guinei ex parte matris non possunt petere medietate-
m uirtute Consuetudinis feminenti.

In Com. si aliquis moriens in gloriis super
uerb. disponere fol. 22.

Sed iuxta hoc quero, quid si obuenerunt matri bona ab
aliquo Conanguineo et mater illa bona uendit et de pretio
emit alia bona, utrum de istis bonis poterit in totum
disponere uel usque ad medietatem, quia ista bona sunt
subrogata loco illorum bonorum et subrogatum & ut
supra Item quia pretium subuehit loco rei in hoc et si res
ipsa empta subuehit loco illius uendite, ut in l. labeo de
uerb. signif. ubi gl. not. in libro Domini Stephani de
Carieta uel uti unam apostillam ubi dicebatur quod
iudicatum fuit Contrarium et fuit in specie de
emptione et uenditione §. Si uer. Item pone uir

alenauis

48

alienavit et fuit l. quamvis C. in quibus. Causis pignoratia
fuit contrahatur Bald. pleni in l. mater tua C. de rei
vend. vide Bald. in c. 9. de feud. non habent. prop. feud.
nat. Adde quod hinc res emptae de pecunia dotali est do.
talis ut in l. ita Constante ff. de iur. dot. Ita res emptae de
pecunia quasi dotali l. si cum dotem §. si mulier ff. solut.
matrim. vide plenius per Ludou. in com. c. 1. pro decisione
presentis dubitationis §. Bald. in l. ex peculio de iur. dot.
vide Bart. in l. a debitoribus ff. de his qui in fraud. cred.
et notat glot. in l. si eum servum ff. si cert. pet. vide
neapod. in com. si mulier de iur. dot. in u. si non
extant ubi querit an res emptae de pecunia dotali sit do.
talis ubi plura dicit certe hi fauores dotis ut l. pro.
culus de iur. dot. secundum Bal. et si ut proponi de
rei vend. l. cum vir §. fin. de iur. dot. Ludou. in com. 201.
Quid si ex pecunia usurarum Joan. de Imol. in c. 1. de
pecul. cler. Abbas in c. sua nos de usur. Butr. in c.
quanto de usur. An in re pignorata pretium hucelat. loci
rei Bald. in l. mater tua C. de rei vend. Bart. in l. 1. ff.
de distrib. pignor. vide in l. Imperator de leg. 2. Quid in re
furtiva Bal. in d. l. mater tua vide Bal. in l. pro debito
C. de bonis aut. Jud. poss. ubi species est in obligatione.
non hucelat alia emptae ex re illa vide Bart. in l. testa.
mento de condit. et demonst. Matthew de Affluto

In Com. si moriatur super fex. d. Com.

sine glori. Neap.

Pone moritur mater super filio et filia et super fratre
manto. pater illius filie non maritavit eam. infra annos
XVI. an heredat equaliter una cum fratre in bonis ma-
ternis videtur quod hi per textum huius Com. Bar autem §
In contrarium est veritas quia non spectabat fratri
ipam dotare sed fratri viventi l. fin. de dot. promiss. l. l.
qui liberor et ibi Bart. ff. de rit. nupt. non quidem iure
actionis sed officio Judicis, et istud tempus ad mari-
tandum datur huic fratribus non patri, et si patri non
potest mora imputari, ut tenet etiam huiusmodi glori.
Neapodi. Si ergo nec filio, cuius non erat officium
maritare sororem, quia habebat patrem, nec patri potest
mora imputari, merito uox. Bar autem non extenditur ad
datum nostrum, et hi filia solum habebit legitimam de
dote materna et non medietatem, et ita uidi pluries
fuisse iudicatum, Sed quid si ista filia fuit maritata
a patre post mortem matris et renuntiavit patri,
bonis paternis et maternis, et hi pater heredit vir-
tute renunciationis in illa legitima debita filie. Utrum
pater in morte possit disponere liberè de illa legitima
uel de medietate tantum. Ita quod illam medietatem
teneatur relinquere alteri filio? Quidam dicebant quod

hi

In per Com. si aliquis in vob. de bonis autem in con-
 trarium quod liberè possit disponere, quia illa portio
 que competebat filio fuit in vita alienata patri per re-
 nunciationem, quia tantundem habuit à patre et in vita
 potest fieri alienatio in præiudicium suorum ut dicitur
 in glor. in d. Con. si aliquis, ergo pater qui per contractum
 acquisivit bona et portionem filio potest liberè disponere
 in vita et in morte, quia non sunt bona que ei obveniunt
 ex successione, sed titulo oneroso, id est renunciatione,
 quia tantundem dedit filio, quantum erat eius portio
 maxime cum facultates patris non erant sufficientes
 attento numero liberorum et cui bonis dare, ita
 magnam dotem inhi fuerat computata portio bonorum
 maternorum propter renunciationem bonorum maternorum.
 cum cogita quia vidi dubitari satis de hoc, sed in con-
 trarium quod ex quo pater non expressit quantum dedit in
 dotem filio de suo, et quantum de bonis maternis
 filio, si pater erat dives videtur totum de bonis suis
 dedisse ut l. si pater C. de dot. promiss. que est una
 de quinquaginta de iur. Justiniani et ibi vide decisionem
 in apostilla mea in Baldo factam per sacrum Consilium
 Mathias de Afflito vide de iur. vituq. l. 178. in 9.º dubio

In text. eiusdem Cons. si moriatur.
 Loquitur hoc Cons^m quando pater mortuus est

relictis filiis masculis et foeminis in Capillo, nam fra-
tres tenentur ipsas maritare secundum paragium Et ni-
hil dicit de filiabus maritatis à patre et sic constante
Jure municipali ut est revertendum ad Jus commune
ut ff. de sepul. viol. l. 3. §. diuus de con. c. cum dilectus
secundum Bald. in l. maximum utrum de lib. pref. unde
filià maritata à patre mortuo frater succedit fratri, nec
ista con. neq. hunc casum comprehendit, sed non est sic
Vide quae scripsi in meo memoriali in verb. soror M. de
Affluto.

In text. con. si quis uel si qua
Iste §. sed si morienti debet intelligi quando fuit dotata
à fratre, seu si à patre, quia omnia quae excedunt
Jus commune sunt stricti Juris, ut notat Archid. xvij.
q. 2. c. hoc tantum, ita Bald. in l. non sine C. de bon.
qua lib. et in materia restringibili id venit quod
palam et uerbis expressis est actum ff. de uerb. oblig.
l. quicquid arstringenda ff. solut. matrim. l. si cum dotem
in principio Ita dicit Jo. andr. in add. specul. in tit. de
actione seu petitione §. super petitionibus in addit. quae
inquit auctor nobis Car. mibi 16. M. de Affluto.

In text. con. q. aut uers. et in premium

Nota quod dicit soror aliud ergo in filio sororis, si soror

Idem

prædecesit fratri, quia, filius sororis succedit patru.
 (melius dixisset avunculo, unacum patruis per id quod
 voluit Bal. in hmit. in l. maximum vitium C. de lib.
 preter. et in l. illam C. de collat. Adde Bald. in auth.
 cessante C. de legit. hered. ubi dicit quod si foemina est
 exclusa per statutum à successione, intelligitur exclu.
 sus filius eius, fallit nisi non essent fratres, vel
 fratrum filij, tunc nepos ex foemina succedit ex
 sua persona, et non habet locum illa regula, qui primi ti.
 um inficit & quod perpetuo tene mensi, sed quid si
 moritur frater sine filijs superstitibus nepotibus
 ex fratribus et nepotibus ex sororibus ante omnes
 isti nepotes pariter succedunt. videtur quod hi de
 Jure communi per auth.^{ca} post fratres, sed Jure
 isto ex quo stantibus fratribus soror non succedit
 nisi quando esset masculinata, ergo nec eius filij, et
 hi nepotes Ita videtur tenere hinc neapod. in
 glo. in v. parentum ubi si non succedit soror
 nec eius filij dicit ipse multa ad hoc allegat
 in libr. car. Albert. Brunus in tract. exclusione
 foeminarum, et licet multos Doctores referat, qui
 tenent contrarium, tamen dicit quod supradicta opi.
 nio est venior et communior. Mod. Afflictis.

Item si filius succedit in ea parte in qua mater

suuere ut in §. neque illi in auth^{ca} de
fratre et fratri. et ibi Ang. ergo a contrariis
sensu si mater non succedit fratri stante fratre, ergo
ne eius filius.

Ibidem in uers^o praterquam

Non quod soror non succedit cum fratre aut filio
fratris si sit dotata de bonis patris, sed si partem
uel masculus habuerit, tunc succedet cum fratre, et
fortius si nihil habuit a patre uel fratre, sed nun-
quid soror masculata post mortem patris eo casu, quo est
masculata, debet habere dotem de bonis maternis
uel debeat succedere tanquam masculata Ita quod
ista masculatio intelligatur tam de bonis paternis quam
maternis uel ut sit solum masculata quoad bona paterna
tantum, et sic solum debeat habere dotem uel legi-
timam de bonis maternis Ego sum uoti quod erit
masculata tam quoad bona paterna quam materna,
et hoc uotum capio ex textu consuetudinis proprie
ubi dicitur quod ponunt filie masculate petere por-
tionem de bonis paternis et maternis ut fratres
M. de Affluo.

In text. Cons. et si testator ibi prout in Capitulis

Nota uerbum prout quod sicut mater excludit agnatos
quando

quando succedit filio ab intestato, ita si mater esset
 heres instituta a filio excludit agnatos de medietate
 quia licet consuetudo nihil dicat de matre, tamen per
 interpretationem et sic idem est in contrarium facti quia
 istae consuetudines sunt ad inter statuti ut dicitur in
 l. de quibus ff. de legibus sed statutum istud in quantum
 dicit, prout intelligitur prout dicitur in statuto de
 successione ab intestato uere et non in casu per
 interpretationem, ut in l. 3. §. haec uerba ff. de negot.
 gest. l. constitutionibus ff. ad municip. l. 1. et ibi
 Bart. ff. de feriis et plene notatur in l. si uero §.
 de uero ff. solut. matrim. Antonius de Butrio in
 c. cum dilectus 3. col. de consuet. Bart. in l. omnes
 populi 24. columna uerq. quarto quero utrum statu.
 ta recipiant interpretationem extensiuam ff. de iust.
 et iure l. apud antiquos C. de fur. Bald. et Gm.
 in l. conuentiula C. de Episc. Aud. M. de Afflido.

In tex. Cons. Bona Stabilia

Nota uerbum, ante uenditionem perfectam l. antequam res
 sit tradita, postquam autem facta est ipis filiis
 scientibus et non contradicentibus non possunt postea
 contradicere sed quero utrum uxor uidua, quae ha.
 buit dotem in bonis stabilibus uiro datis in solutum

pro dote possit illa bona libere vendere sine de-
creto Iudicis et sine consensu filiorum: videtur
dicendum quod hi, quia ista consideratio loquitur quando
mulier transiit ad secunda vota, tunc filij primi
matrimonij possunt contradicere, et tunc requiritur
iusta causa vendendi et decretum Iudicis, alias filij
non possunt contradicere quando est vidua, prehe-
mitur enim pro matre hinc pro patre ut in glor.
huius alij, sed illa gloria loquitur quod filij secundi
matrimonij non possunt contradicere, et ideo
gloria precedens dicit quod cum non possit reddi ratio
diversitatis si mater contraxit secundum matri-
monium vel non filij primi matrimonij possunt
contradicere Et ideo requiritur causa iusta et de-
cretum Iudicis ut in seq. Cons. sed ego dicerem quod
cons. haec non loquitur in casu praesenti questionis
Primo quia consuetudo loquitur quando mulier
vendit cum consensu viri sui, sed in questione gra-
posita vendit mulier vidua soluto matrimonio quando
ipsa est Domina Item consuetudo loquitur quando
alienantur bona dotalia constante matrimonio
sed soluto matrimonio non dicuntur bona dotalia
quando pro dotibus restituendis data sunt bona in
solutum et pro soluto, quae est ad instar emptionis

Item

52

Item loquitur quando mulier tranſiit ad ſeunda
uota exiſtentibus filiis primi matrimonij, tamen au-
diti a certis praetuis qui dicebant quod conſuetudo, et ſi
mulier habet locum quod exiſtentibus filiis, mulier
nullo modo poteſt cauſe uendere ſine decreto ſine
conſenſu filiorum, ſed poſito, quod iſta ultima opinio ſit
uera, utrum reſcripto Principis poſſit confirmari talis
uenditio facta ſine decreto? dico quod ſi per lex. in l.
2^a ff. de rebus eorum, et iſta confirmatio per reſcriptum
Principis facit validum, quod erat inuolidum ſi ff. de
adopt. l. nam iſta Cuius et ff. de confirm. tut. per
tot. et eſt ſciendum quod in tali confirmatione debet
exprimi cauſa alienationis, alias non uale confirmatio
de re prohibita alienari ſine decreto glos. eſt ſing.
in l. 3. quando decreto opus non eſt C. quam allegat
Ludouicus in ſing. ſuis in uerb. alienatio et in uerb.
prohibitus Item quero quid ſi dos mulieri conti-
ſtat in pecunia, utrum habeat locum ut filij ante-
rioris matrimonij poſſint contradicere ſi mater uult
alienare dotem ſuam ultra de decem partibus etiam
ſi non habet iuſtam cauſam uide glos. in conſ.
mulier de dotibus in u. de fructibus in glos. in
com. ſi Teſtator in u. diſponere M. de Afflicto.

In lex. Cons. Si quis aliquam rem
Quid si creditor agit contra debitorem, ut luat pignus
et debitor dicit, quod est paratus luere pignus pignora-
tum pro decem et creditor dicit pignoratam pro XX, et
si uult iurare, an habeat locum haec cons. summarium
neapoli hinc uidetur dicere quod idem sit, postea dicit quod
haec consultatio est ad beneficium creditorum, ergo non
debet eius contrarium operari. In contrarium facit quia
idem neap. dicit qd haec consultatio loquitur quando credi-
tor conuenitur a debitore ad pignus quasi seius
quando creditor agit, et hinc uidetur contrarium hinc
ipso Ego dicerem quod ista consultatio loquitur in
huo casu tantum, et non sit extendenda ad huius-
modi casum, quia est exorbitans, ut patet in glos.
hinc in uerbo a dicto. M. de Afflicto.

In Cons. Si aliquis moriens in glos. 161.
Usque ad medietatem §

pta huius ad. est
sequens ad.

Proprijs nominibus succedunt in uniles partes per Iura
hinc allegata hinc praesumitur voluntas testa-
torij (nec obstat quod nepotes succedant in stir-
pem, quia illud est uerum ab intestato ut dicit
hinc neap. et hinc ego notavi ad requisitionem
arbitrorum secundum opinionem neap. hinc hinc
loquatur

50

loquatur in substitutione, idem in institutione facta
de negotiis ex fratre propriis et expressis nomi-
nis et fratre, ut succedant in capita, seu quando insti-
tutio facta fuerit sub nominibus collectiuis, puta insti-
tuo fratrem et nepotes meos ex fratre, tunc nepotes
succedunt in stirpem et fuit super hereditate Petri mini-
tuli vide decisionem M. de Afflicto.

Ibidem

Si pupillariter substituit filio fratrem testatoris et
litum et meum filios alterius fratris, an isti nepo-
tes succedant in capita, uel in stirpem, seu in test.
sint nominati nomine collectiuo. Sed aduerte quia
contrarium uidetur uoluisse Alex. in com. LV. in 4. uolum.
ubi dicit quod si lex uocat filios fratrum in
stirpem in successione quando hereditur ab inter-
fatis patris, ut in auth. de hereditibus ab intestato
in §. illud et patet expresse in Cons. si quis uel si
qua eadem ratione quando hereditur uirtute testa-
menti, quia testator in dubio uidetur uelle id quod
lex disponit et succedentes habere secundum ordi-
nem legis si uerba non refragantur L. gallus §. i.
cum ibi not. ff. de lib. et posthum. Bart. in l. ha-
redes mei §. cum ita ff. ad Trebell. Bald. in l. pre-
cibus in 19. col. 6. de impub. et alijs substitut.

probat etiam hoc Alex. in 3. uol. Cons. 37. et
92. Sed ad hoc respondetur quod ex quo lex uult
quod institutio proprijs nominibus & prosequere
ut in superiori additione qua est pars istius.

In eadem glossa

Adde l. quoties & heredes et l. miserum in princi-
pio et l. liber homo §. Titius heres de hered. instit.
et l. legata inutiliter §. fin. ff. de leg. 1. quid si nomen
proprio et appellatiuo: dicitur quod si praecedit nomen
proprium, et postea sequatur appellatiuum, habetur ac
si nomen proprio, ita glossa in l. nunquam ff. ad
trebell. alia glossa est in l. ita §. 1. de stat. liber. M.
de Afflicto.

In fine dictae Cons. est additio antiqua
qua dicitur sic

Quid si mater dotauit filiam et stipulata est tibi
reddi dotem salua filiae potestate testandi secundum
istam consuetudinem an potest ista filia testari de
medietate tanquam de bonis prouenientibus ab agnatis
seu matre: et Dominus Conte tenebat quod
non, quia haec consultatio intelligatur matre
non uiuente, et quia stricti Iuris ideo non ex-
tendenda, idem intellige hanc consultem patre
uel

-54

uel matre non existente et alia si extaret pater uel mater
dico habere locum Jus commune ut puta decessit
quis sine liberis relictis fratribus et matre uel patre
seu utroque, sed certe duo sunt habere locum auth.
defuncto, quod hic correctum non est, et hoc sentit
glor. penult^a in fin. Vide innotata per Bald. in l. illam
C. de collat. fauit l. si quis ad S. C. Tertull.

In Cons. et si testator in glor. disponere,
secunda columna in fin.

Sed hic quero, quid si dictum est tibi liberis et here-
dibus, hic casus non est tutus nam bene reperitur
quod tibi et heredibus est hereditarium tibi, et liberis
est ex pacto et providentia ut in c. l. an agnatus per
Andr. et de alien. feud. pat. dico quod tantum est
dicere tibi liberis et heredibus quantum dicere
tibi et heredibus ex legitimo corpore descen-
dentibus, patet, quia liberi sunt illi qui ueniunt
ex legitimo corpore, et illi qui ueniunt ex legi-
timo corpore sunt liberi ut dicit Andr. in c. l.
§. et si clientulus de alien. feud. sed quando dicitur
tibi et hered. ex legitimo corpore descenden-
tum est hereditarium, ut hic et not. Bald. in c.
in uer. et not. quod Jac. de Beluso de eo qui

tibi et hered. tu. ergo necessario sequitur quod
hereditarium erit, si dicatur tibi liberis, et heredibus
ut illud verbum liberis tantum habeat operare,
sicut illud verbum ex tuo legitimo corpore descenden-
tibus, quod bene mentis, quia ista est ve-
ritas. M. de Afflito Legum Doctor.

Ibidem in gloria pro uer sed quis probabit fraudem
idem si donaret benemerenti, debent tamen benemerita
aliter probari quam per confessionem vide cons.
Alex. ss. m. p. vol.

Ibidem sed quomodo probatur fraus

vide 81. dist. c. 1. et ff. de pact. l. Jurigentium §. sed
si fraudandi in gloria et c. de in lit. Jur. l. y. in glor.

Item probatur fraus pro bando comminationis factas
per mulierem, quod uolebat quod nihil perueniret
de bonis suis ad filios arg. c. 11. de renunc. lib. vi.
secundum D. Abbas. in c. in presentia uer.

Insuper quare de probat. Item fraus presumitur ex
actu celeritate, et nimia liberalitate. Bald. in
l. eam quam in 15. column. de fideicommit. in
contrarium dicit quod presumitur id quod statim
et ab initio agitur, quod sine malitia et
machinatione proficit et contra malum presumitur

55

quod ex intervallo actum est ut in auth. de
equal. dot. §. hi autem mulier ad hoc ff. de carb.
edi. l. 3.

Item ubiunque minor appareat locus glor. in l. 1. Cod. si
adver. vend. Item in emptione facta per interpositam
personam l. pupill. §. fin. et ibi Bart ff. de aut.
prad. nisi fiat palam, et bona fide ut ibi et Bart
in l. si is qui boni ff. de acquir. hered. ubi preu.
mitur fraus in filio repudiante, et postea e.
mento per interpositam personam Item premitur
fraus si filius bastardus emit ab eo cui pater
vendidit secundum Bart in l. y qui in fin.
ff. de vulg. et pupill. Item premitur si
mutuum fit, cum pacto quod restituatur ei
quem datus declarabit et Titius declarat
filium mutuantis Bald. in l. Jubeamus §. 1. C.
ad Trebell. Item premitur fraus si alienan.
tur omnia bona, vel si non omnia, quae
omnia, vel meliora, vel maior pars ut optime
Alex. de Jnd. i. uol. cons. 55. Quot autem
modis fiat fraus legi, vide glor. Luy. q. 3. c.
plerique not. ff. de legibus l. fraus Dim in reg.
fin. lib. 6. Angel. in l. omni et Lusus ff. de
hi que in fraud. creditor. An autem conuenit

languinis tollat, uel inducat presumptionem fraudis
not. Alb. lat. in auth. quibuscumque C. de sacros.
eulep. fiant l. non solum §. de uno ff. de ritu nupt.
Bart. in l. post contractum de donat. Item presu-
mitur fraus ut infra de iure Congui in uerbo
ponider uide Luam de Agricol. et centi. et
l. quemadmodum Item uide mit. de action. §. Item
si quis in fraudem. Ex quibus presumatur
donatio in fraudem creditorum Ang. in com. au
quod inquit ex themate n^o 48. Item scias quod
non committit dolum qui creditur Jure suo ut
ff. pro socio l. merito ff. de reg. iur. l. nullus
quod uerum, nisi aliter Jure suo non esse
uturus ff. de iure. l. ex hoc edicto Item pro-
batur fraus sine dolo, eo ipso quod alienauit
rem sine pacto de restituenda re Bart. in l. item
si res §. idemque ff. de alien. Jud. mut. ca. fa.
Item presumitur fraus in donatione, quae fit
coniunctis personis, si sit facta in praediuum
tertii Paul. in com. 65. Item presumitur
donatio in fraudem, si facta sit tempore infirmi-
tatis et postea statim sit mortuus text. est
in l. . . ff. de donat. cau. mort. Maltheus
de Affluo.

In Cons. quartam autem in glot. à quondam viro suo. 3. col. ibi.

Item quia propter osculum & Propter osculum iuratur medietatem antefati, et aliam medietatem propter copulam vide Paulum de Castri. in l. cum fuerit §. de cond. et demonstr. ubi dicit quod si dicitur statutum, quod vir iuretur dotem uxori premortuae quod statim quod est contractum matrimonium per verba de presenti hinc non sit contumatum habet locum statutum, sed notatur quod saltem debet esse ducta in domum viri secundum Paul. de Castri. ibi, postea dicit, idem si non sit traducta ubi tamen constat de matrimonio per verba de presenti, sed contrarium consuevit Abbas in primo volumine cons. 3. et in 2. usq. in cons. 19. et idem cum Abb. per multas rationes tenet Salyc. in l. cum in de C. de donat. ante nupt. vide Abb. in c. ex publico de conuers. coniug. et Paul. de Castri. in l. de diuis. solut. matrim. et in l. si donator in fine de donat. ob caus. et ibi Alex. qui dat alias commones. M. de Afflictis.

In d. glot. in fine
Sed pulchrum est scire si matrimonium fuit

consumatum et remanet per uxorem quod non
prestitit obsequia matrimonialia, quia recessit à
domo viri, et augetur honestè ad domum paren-
tum, et ibi stetit longo tempore puta decem annis
et ultra, et nunquam requiritur uoluit reuerti ad
virum, et vir durante eius absentia est mortuus
supentite uxore sine liberis, an luatur antefatum.
Dixeris quod sic per glos. in c. plerumque de donat.
inter vir. et uxor. et per glos. in l. Conuenit
C. de repud. qua uolunt quod quando uxor ac-
cessit honestè ad domum parentum remota suspi-
cione fornicationis, quod non perdit antefatum.
Sed illæ glosæ non loquuntur quando per longam
absentiam uxor se absentauit unde per longam
absentiam uidetur spoliare maritum de obsequiis
matrimonialibus, et sicut maritus expellens
uxorem perdit iura nuptialia ut in l. ab hosti-
bus §. fin. per Alex. ff. solut. matrim. ita uxor
facite expellem virum ab obsequiis matrimonialibus
debet perdere antefatum. Item maritus non luatur
fructus dotis si non suffert onera matrimonialia
ut in l. ante et in l. de diuisione ff. solut. matr.
et in l. dotis fructus ff. de Jur. dot. et salu. in l.
si ante C. de don. ante nupt. multo fortius non
luatur

Suatur Lura nuptialia, ita uxor denegam prestare
onera matrimonij, perdit lura nuptialia Ideo debito de
ista questione M. de Afflicto, sed fuit decium per bonas
sententias infuria Archiepiscopi neap. Contrarium scilicet quod
Suatur antefatum M. de Afflicto.

In dicta cons. in glor. liberis in fine

Si soluto matrimonio filij extabant postea moriuntur, uxor
suatur utrum fructum etiam quoad proprietatem ut
dicit ista consuetudo. sed quid inter Barones qui reci-
piunt dotem in pecunia et faciunt tertiarium in pe-
cunia, et moritur Baro superstitis uxore et filio
et sic restitutio dotis et tertiarium quoad usum
fructum, postea moritur filius utrum in proprie-
tate succedant agnati uel mater? vide in Const.
Licentiam et in auth.^{ca} preterea l. und. vir. et uxor.
et Bald. in l. si infanti in p^a q^o. l. de iur. delib.
et Salyc. et Paul. de cast. qui tenent quod here-
ditas patris delata infanti, non adita, non transmie-
titur ad matrem et Jason dicit quod ista est
communis opinio, et sic mater non succedit
in proprietate filij infanti defuncti de iure
sed patris Bald. in p^o uolum. com. 95. questio
est vide Olchad. com. 20. ubi tenet quod mater
non succedit infanti hereditate non adita. M. de Afflicto.

In Cons. Contra Instrumenta in glos. infra

Quid de Instrumentis Confecis per Judicem, notarium
et subscriptionem trium testium, quod habet unum pu-
blice scriptura, sicut Curialicum neq. dicit in consuet.
instrumenta donatio, quod licet loquatur de Curialicis
idem servatur de notariis, quia generaliter dicitur
Instrumenta, et dicit quod ita servatur, eadem
enim est ratio l. 1. §. et generaliter de leg. prest.
l. propexi ff. qui et a quibus l. de pretio ff. de public.
Item quia illud verbum Instrumenta debet interpre-
tari secundum Jus Commune, et cum dilectus de con-
suet. l. 2. c. de noxal. l. quamvis ff. de in Jus
voc. Item si haec consuetudo voluerit, quod fa-
men in Instrumentis Curialicis habeat locum dicitur
l. unius §. in autem deficienti c. de caduc. toll.
c. ad audientiam de decim. nec est verum quod
ista consuetudo est sub numero de Instrumentis
Curialicis, sed est sub rubrica de Instrumentis si-
mulatis Item rubricae istarum consuetudinum
non sunt approbatae, sed consuetudines tantum, ut
patet in prologo istarum consuetudinum M. de Afflictis.

In com. si quis emit de iure Congui in glos. fuerit in fine.
Sed iuxta hoc quod venditur domus quinquaginta
tempore

tempore uenditionis ualeat centum, tempore sen-
 tentiae per quam domus mihi adjudicatur Jure con-
 quiri ualeat ducentum, an fiet estimatio secundum
 praesens tempus sententiae, an secundum tempus litis con-
 testatae in causa conquiri? Respondes hae Consultatio ui-
 detur respicere quod fiat estimatio secundum tempus
 futurum, scilicet sententiae, et ad hoc aecedant
 Jura allegata per neapod. hic in Contrarium fa-
 men est ueritas, scilicet quod fiat estimatio
 a tempore morae uidelicet a tempore requiriti-
 onis Casus est in l. in hac ff. de Tricar. et in
 l. quoties in diem de uerb. oblig. et in l. unum
 ff. si cert. pet. et hoc tenet Ludou. in ff. ad
 hoc fuit l. uxorem & restitutionem ff. de leg. 3.
 quam legem allegat Aldrad. Com. 31. quod Condem-
 natus ad decem debet soluere de pecunia quae
 curabat tempore sententiae et non tempore
 executionis Aecedant notata per Doctores
 in l. cum quid ff. si cert. pet. et quod not. pre-
 cul. in tit. de solut. & nunc aliqua et idem
 Bald. in l. illud de sacros. eub. et in l. fin.
 C. comm. deleg. mora enim committitur per inter-
 pellationem ut in l. mora in principio ff. de utur.
 l. si ex legati causa de uerb. oblig. nec obstant

Jura hic allegata, quia loquuntur quando nulla
mora est commissa, quia fit estimatio a tempore
mora per Jura preallegata, et per doctrinam Ludovici.
in d. l. vinum. Item hoc intelligas verum quod ista
mora consideratur a tempore quo constat non ha-
buisse iustam causam litigandi, nam donec habuit
iustam causam litigandi non est in mora, et ad
hoc accedant illa doctrina quod iusta causa
quem excusat ab expensis de quo per modernos
in l. qui Roma. §. duo fratres ff. de verbor.
oblig. Mattheus de Afflictis.

Idem

Item quia si creuit estimatio rei pertinet ad empto-
rem Bald. in rubric. C. de peni. et Commod.
rei venditae. Item quia quod potuit peti conte-
ntive tempore liti contestatae, potest etiam peti
tempore sententiae Bald. in l. si traditio C. de
act. empt. et quod incipiat tempore senten-
tie videtur bonus textus in c. 1. si de feudis
van. ab aliquo fuerint interpell. M. de Afflictis.

In Cons. Si Calena in 2^a glossa
Quoniam glossa hic tenet quod bona stauita non di-
cantur ecclesiastica, et hi habet locum in eis

Jus

Jus Congruum et adde quod ex hoc sequitur quod bona
 ista debent iudicari secularia et non ecclesiastica
 et sic possunt vendi. Et pro hoc adduntur primi
 quia ista ista non est fundata auctoritate
 Episcopi in c. ad hoc de relig. domib. et in c. inter
 dilectos de donation. et per glor. in clement per lise-
 ras de prebend. et ibi Paul. de Lazaris ergo sunt
 mere laicorum, secundo quia res ecclesie debent
 gubernari per oeconomicos, qui sunt Clerici ut in c.
 cum nos de offi. ordin. et in c. Imperatorum de
 Jur. cal. sed bona ista gubernantur per meros
 laicos. Tertio bona ista alienantur sine auctori-
 tate Episcopi quod non potest fieri si essent bona
 ecclesie ut in cap. 1. per tot. de reb. eccl. s.
 non alien. et in c. Abbatibus 12. q. 2. cum si
 et in c. hoc consuetudine de rebus eccl. s.
 non alien. et in c. monasteriorum eodem tit.
 et est constitutio Gerardina, quarto ipsi secu-
 lar. faciunt sibi Syndicum et non Episcopus
 ut dicto cap. ad hoc uer. habent Collegium
 seculare et militare, quod non subicitur Curie
 ecclesiasticae ut in cap. si quis despiciat 42. dist.
 et 24. quia sane v. Episcopi nullam jurisdictionem
 nisi exercent, nec exercent aliquam legem

diocesanam, neque Jurisdictionis neque habet
Cathedralem, nec aliquid iuxta formam c. Con:
querente et c. cum dilectus de offi. ordin. iuxta
clement. dudum de sepulc. viij. bona dicta Staunita
non referuntur in Catalogo idest in Catalogo
euliano ut in cap. p.º de probation. et ibi Dominus
Antonius viij. isti Staunitarij fuerunt et tunc
in tali possessione, cuius non extat memoria
in Contrarium, et hoc habet unum privilegij, c.
super quibusdam s. preterea de verb. signif. et
in c. 1.º de prescript. lib. 6.º Semel Dominus noster
Alex Ferdinandus tanquam bona profana asse:
rit ad se pertinere, nam Princeps iudicat in causa
profana c. ex parte de verb. signif. cum c. cum
veniant de iudu. et semper fuerunt in tali
possessione uti de Staunita et denominatio et
possessione fit ab ipsa Staunita et non ab ec:
clesia Staunita ut dicit glor. in clement. per
litteras in verb. eulianas nec obstant quod ha:
bent aliquam Cappellam, quia ibi non est repe:
rire nec limetium neque Campanam releuatam
ut dicit Dominus Antonius in c. patentibus de
privileg. et feder. de sen. Cons. v.º. licet Staunit:
arij faciant diuersa in dicta Cappella ubi

solent Congregari aliquas missas peculiare
 pro animabus Benefacientium ut in c. missae
 peculiare, de Consecrat. dist. 1. hic patet quod
 bona staurita sunt secularia et non ecle-
 siastica ut tenet hic neap. et hoc etiam
 tenebat Dñus Joannes Antonius Carafa, qui
 ita concludit Dño Cardinali Carafa Archieps
 neapolitano et etiam allegavit quod non
 tenentur stauritarii solvere decimam missae.
 etiam per Lapam Gleny et concludunt Brix.
 vel maxime Jo. andr. et Imob. in d. clem.
 per literas et ibi dicit glor. quod ita extitit de-
 claratum per maximos Pontifices ut Cle-
 mentem quartum et Honorium et Bonifa-
 cum octavum, licet Lapus aliter dicat. ut
 refert ibi Joan. de Imob. tamen Contra-
 rium tenet ibi Dominus franciscus de
 Zabarellis Cardinalis florentinus et ita est
 veritas Matth. de Afflicto
 vide additionem de staurita Bald. in auth.
 habitam in penult. Column. c. no filius pro patre.
 Ibidem
 Adverte quod neap. hic multum videtur debuisse

si Clericus emat pro se et hi in suum patri-
monium, an possit coram Archiep^o neapolitano
Jure Congruo conveniri vigore istius Constit^o
nam licet arguat levis argumentis quod sic, tamen
postea se remittit ad suam gloriam in proemio
in u^o fenorum, et licet postea subdat quod istae
Coniurationes possunt allegari in Curia Epis-
copi per gloriam in l. ex ca, tamen postea dicit
quod illa gloria non dicit et sic videtur satis
dubitante iste glorator, et ideo semper fuit a
laicis huius Civitatis dictum quod Clericus
emans non potest conveniri Jure Congruo quia
privilegium concanum Clerici in bonis patrimon-
ialibus censetur concessum contemplatione
eulie ut notat in l. non plures C. de sacros
eulie. Item privilegium eulie ut non
possit eulie conveniri Jure Congruo transit
ad personam eulicam, quia privilegium eulie
transit ad personas ministrantes eulie
ut not. in c. fin. de vit. et honest. cler.
ubi est ergo privilegium concessum Clericis
quod non possunt conveniri Jure Congruo. Res-
ponso est in ista Consideratione qua dicit
quod

quod ab eubria non petitur Jus Congui, eade
 consuetudine non reperitur quod Celenus
 ponit Jure Congui Conueniri, quia eue
 Contra libertatem eubria ut m. c. nouerit de
 sent. excomm. et ideo si mi species fieri non po
 test hoc, nec mi genere hi ego Consului, et
 obtinui vide mi Consilio meo 44ij. Martius
 de Affluo.

In Com^e si est questio mi glos.
 super verbo perceptionem.

Valde gloria quod si Locatarius uel tertius ostenderit
 mi continenti de Jure suo non habet locum ista
 consuetudo, ex quo inferitur quod si ego emi
 domum a te, et tu confensus fuisti precario
 nomine meo possidere, et Locasti Sempronio
 domum, et demum ego reuoco precarium et peto
 quod Locatarius mihi respondeat de pensione
 ille uenditor comparet cum ipso Inquilino, et
 mi interrogatus dicit se tenere ab ipso uenditore
 si uenditor ostendit mi promptu Instru.
 mentum non habet locum ista consuetudo, qua
 constat mi promptu de non Jure illius qui lo
 cauit propter uenditionem mi qua etiam constituit

se precario possidere, propter quod precarium
recedit ab eo possessio l. si qui in §. differ.
rentia ff. de acquir. possen. et ideo falsè pos-
simo precaria sibi non opitulatur cum quan-
dounque placuerit emptori, potuerit eam ad-
uocare, ut plene per Bart. in l. ab emptione
ff. de pactis l. quamuis §. si conduxit ff. de
acquir. possen. Item quia per illa verba posita
in Instrumento venditionis, quo solent apponi vide-
licet vendidit, et tradidit, datur licentia aucto-
ritate propria ingrediendi possessionem ut in l. proodia
ubi Bart. ff. de acquir. possen. et not. Bald. in
e. p. penult. a. colum. a. quid sit muerit. Bald. in l.
2. c. de acquir. poss. sed pone quod Inquilinus
refirmauit fundum titulo locationis ab eodem
tempore, demum vocatur à venditore ut
dicat à quo tenet, ipse dicit tenere à ven-
ditore, sed postea locauit à venditore utrum
dicatur interuente possessionem? videtur quod
si l. cum nemo c. de acquir. possen. In contra-
rium est veritas, quia illud quod dicitur
quod Colonus non potest interuente posses-
sionem, ut ibi intelligitur secundum gloss. in

d. l. cum nemo mihi hoc quando habuit fidei
 seu causam a vero Domino ut mi d. l. h. qui
 in §. differentia et de hoc est textus ad
 literam quem allegat Bald. mi d. l. cum nemo
 ut mi l. non solum ff. de usuris. mi ver. q.
 vulgo ibi cum dicit quanto magis in Colonis
 pendum est Item si novus emptor potest expel-
 lere Inquilinum ut mi l. emptorem C. locat.
 et tenet neapod. in glos. in verb. cuius in fine
 multo magis poterit ei confirmare et si ille
 dicit confirmare a novo emptore, quamquam pri-
 mo locatus a venditore non dicitur inter-
 uertere, si hoc clare ostendit per d. l. non so-
 lum et per consequens habet locum ista cons.
 ut respondeat ipsi emptori, quia aperte constat
 de eius iure ut dicit in neapod. M. de
 Affluto legum dactor.

Ex quodam libro antiquissimo in
 pergameno post glos. Karoli
 de Toco in Longg.

Notat in quaestione plurimum utilem filius
 familias existens in potestate constituit
 quartam omnium que habebat, et que

acquirere poterat uxori huius per scriptum morguap.
uolente et consentiente patre. Praemoritur iste
filius Queritur nunquid uxor petat quartam
eius partis quam habiturus esset si filius iste
et uideretur quod hi. quia fuit quasi dominus
ue ff. de liber et posthumis l. in luy ff. et instit.
de hered. qual. et differ. §. sui. hoc non obstat
quia est fictio quadam quod hi dominus
Duo enim in solidum non possunt habere domi-
nium ue ff. de co. per. l. hereditas. §. pater ff.
commod. l. si ut certo §. si duobus et per hrem
ut not. qui pot. in pign. habeantur l. amicum
ff. de adopt. l. ne ei Item quia quod donat
filius donat pater ue ff. de donat. l. in edibus
in fin. hoc non obstat si bene consideres nam ibi
loquitur quando filius dat ea quae potest
donare. hoc autem non potest donare cum
non sit dominus. sed plus uideretur obstat
in quae res pign. oblig. poss. l. fin. ubi qui obligat
res generaliter praesentia et futura obligat
ergo quando quartam contulit in rebus
quas habet in futurum et in praesentibus contu-
luit. sed non obstat quia uerum est de futuris

que obuenerunt, sed hi non obuenerunt, quia
 ante mortuus fuit filius Item si testator
 legat sub conditione pendente conditione heres uendi
 cat ut ff. de rei uend. l. non ideo et famil. heres.
 l. et post et de pignoribus l. grege §. statu
 liber ergo hinc id quod non est nostrum potuerit
 uendicare ita et constituere mi quartam solutis
 non est simili ratio, quia filius non est Do
 minus ut dictum est, heres autem est Dom
 nus pendente conditione ut ff. ad Syllan. l. i. §.
 serui seruis in iuris legatis ut ff. de furt. l. a tibi
 de leg. i. l. si tibi §. cum seruis.

Item videtur esse casus ff. solut. matrim. l. si cum
 dotem §. penult. et fin. ubi dicitur quod filio
 recipiente voluntatem patris, pater tenetur quod
 Iusu, si nihil habet filius. Ad quod quidam
 quidam dicunt quod illud mi dote non autem
 muenies mi donatione propter nuptias, er
 go non est mi quarta, sed mala est respon
 sio quia proceditur de similibus ad
 similia, sed dic quod illud ideo est, quia
 cum filius recipit dotes et alium obligat
 sibi et se obligat alij, hic autem obligat se
 alij et non alios sibi, ergo non est par ratio

et eodem modo respondeas ad id quod dicunt
quidam in questione ista patrem teneri quod
Junii, quia tunc pater tenetur quod Junii, cum
filius contrahit et se obligando et alium hibi.

Item dicunt aliqui quod debeat uxor habere quar
tam in ea parte quam filius ab intestato debet
habere arg. d. l. solut. matrim. sed casus l. est
contra ff. de collat. bon. l. p^a §. si impubere cum de
hereditate uiuentis non debeamus esse solliciti
ff. de uulg. et pupill. l. 2. Item de Jure Longo:
bardo uidetur expeditum, quia quod dicitur
de Jure Romano, ideo est quia filius est in
potestate, cum autem de iure Longobardo sint
omnes filij emancipati, ergo expeditum
est quod non tenetur pater, quod autem sint
emancipati probatur hi, quia tenet donatio
facta a filio ipi patri ut in long. de prescript.
l. sint fratres ibi nobiliter l. ij. et de adopt.
l. p^a ergo non est in potestate, et donatio facta
non tenet inter eos, quod autem dicitur l. pre.
alleg. tenetur primo dico quod ibi donauit
Castrensis uel quasi in quibus loco patri
famil. habetur ut ff. ad macedon. l. 2. et
sicut ff. de contr. empt. l. 2^a et quod etiam

04

Jure illo hinc filij in potestate patet, quia
Jure illo fit adoptio ut in Long de adopt.
l. p^a et per totum et instit. eod. et C. eod. per
totum Quod etiam Jure Longobardo hinc filij
in potestate, notat Roffredus in libellis, in
actione prejudiciali, qua' queritur utrum sit
filius in potestate in Contracta Civilium Prae-
torum si verum esset Jure illo nullum esse in po-
testate quod falsum est, ut probavi supra, Cor-
ruptum tamen esset per Cons. nam hodie pater
dat filio suo tutorem in testamento, et sub-
stituit ei pupillariter, uel quomodo uult, er-
go patet quod hinc in potestate, nam alius nec
dare tutorem potest ut ff. de testam. tuto. l. 3^a in
fin. et per tot., nec substituere ut ff. de uulg.
et pupill. sub l. 3^a in fine Ego dico quod habet
quartam eius partem, quam habiturus esset ab
inestato per dicta Jura etiam patet tibi pater
quare Conuenit, Unde in hoc prodest Conuen-
tur, quia alias non obesset patri, nam filius Con-
stituendo constituit in eo, scilicet in portione
quam habiturus est, haec denotant uerba, pater
cum Conuenit tibi praedicas estq; portio de
Jure Ro: secundum quod uiuit pater C. de inoff.

testam. l. quoniam in prioribus et l. omnimodo
de Jure longobardo, h. est unus totum debet
habere alii pro numero ut in long. de eo quod pater
filio nec. ha. relinq. Et sic dixi de facto in causa
filii mei, qui promortuus fuit nunci meo, Andreas
de Capua

Ex eodem libro.

Conuenit dubitari utrum soluto matrimonio morte viri
uxor possit repetere dotem, et quartam sibi à ma-
rito constitutam: et de Jure civili possumus audacter
dicere quod non possit utramque petere, aut emmi dici-
mus hanc quartam succedere loco donationis propter
nuptias, de qua non est factum pactum de ea iuranda
aut neutrius loco succedere dicimus, sed dicimus
esse proprium Jus quartæ. Primo casu soluto matri-
monio sicut dos reuertitur ad dotantem, ut C. de rei
uxor. aut. l. 1. §. illo, ita donatio ad donantem
cum paribus paribus debeant ambulare, ut in auth.
de equal. dot. §. 1. et not. instit. de donat. §. est et
aliud et C. de donat. ant. nupt. auth. dos data. Secundo
casu similiter non potest utrumque petere quis licet
ex pacto iuranda donationis ipsam possit petere ut C. de
Jur. dot. C. ubi et qui pot. in pig. hab. l. amicum in
fin. et not. in d. auth. dos data, tamen manifeste

est tenet

eatenus retinet ex dote, quatenus mulier repetit
 ex donatione, etiam si nullum pactum sit de hoc
 appositum, sed tantum pactum factum est de laudanda
 donatione, ut patet expresse C. de pact. con. auth. equa-
 litas et auth. si quis et not. eod. tit. l. Leonij et
 C. de donat. an. nupt. l. fin. §. In autem Donatio
 non obstat quod mulier dicitur Domina quarta
 vivente marito, quia et mulier dicitur Domina
 donationis propter nuptias vivente marito, licet sit
 factum pactum de ea laudanda licet non, ut C. de
 donat. an. nupt. auth. promissa et ad velleian. auth.
 licet a me In tertio autem casu dico similiter
 quod non potuit utrumq. petere quia licet Jure ci-
 vili Jus quarta quod habet mulier in bonis ma-
 riti ipsa lege et sine Constitutione, ei defe-
 ratur, tamen iure Longobardo sine Constitutione
 mulieri Jus quarta non competit ut in long. de
 ea que sine usu. mu. ad mar. amb. l. fin. et hoc Jus
 mulier non habet, nisi quando est indotata ut
 C. de repud. l. fin. et superstes laborat inopia ut
 C. unde vir et ux. auth. preterea sic ergo quando
 dotem habet mulier, hoc ius quarta sibi non competit
 et sic non poterit utrumq. petere de iure civili. De Jure
 Longobardo videtur quod utrumq. mulier potuit

petere ut colligi potest in long. de ho. li. ho. l. si manus
ubi dicitur quod filij mulieris occide a marito
reperunt pharadium, et quod secundum Longobardos
interpretatur dos et morguap. quod interpretatur quarta
et sic uidetur quod utrumque mulier potest petere
quia si heredes mulieris hoc possunt, multo fortius
mulier a qua ipsi heredes causam habent cum heres
et defunctus eadem persona censeatur ut in auth.
ue. Iunior. quod praestatur a mo. §. 1. Item potest colligi
ex alia lege in long. de iuen. l. si pater ij. in qua di-
citur quod filia nupta, uel soror mortuo marito
reuertitur ad domum patris uel fratris simul cum
sororibus, quae in domo patris remanserunt, quibus
non tenetur conferre morguap. id est quartam quam
habuit de bonis uiri, ea tamen quae pater uel frater
sibi dedit conferre tenetur sororibus et sic habet
quod morguap. habuit a marito Item probatur alia
ratione quod utrumque potest petere nam Car.
notat de ijs que a uir. et ux. l. nulli quod morguap.
est donatio causa mortis et sic morte mariti con-
firmatur ut ff. de donat. inter uir. et uxor. l. si
cum in fine et l. seq. et seq. in fin. et sic eam ex
donatione poterit petere, quae donatio valida
est ut C. de donat. inter uir. et uxor. l. res que et

66

l. donationes Item probatur per alium l. que est
in long. de sponsal. l. si quis filiam aut quamlibet
bet in qua dicitur quod mortuo marito, si heres
eius nolit recipere pretium mundi à muliere que
uult ad secunda uota transire, quod perdit mun-
dium et mulier acceptis, morguag. et pharadatum
mulier potest petere heres mulieris propter delictum
mariti ubi et alias maritus qui occidit ux-
orem, perdit id quod habiturus fuisset si ipsam
non occidisset ff. solut. matrim. l. si ab hostibus
Item in perdit maritus propter delictum suum
donationem propter nuptias, quae apud eum
fuisset alias remansura ut l. de repud. l.
consensu ad l. de successioneibus potest
responderi quod ibi fuerat quarta muli-
eri relicta à marito expresse, uel ibi mu-
lier habuit quartam, et ea qua tibi
pater uel frater donauit ut ibi dicitur
nam dos data non dicitur donatio quia
pater tenetur filio dotem dare ut ff.
de rit. nupt. l. qui liberos et frater
sorori de bonis paternis ut ff. ad maedon.
l. idem § sed et si filius et de in rem

uers. l. et ideo §. fin. et l. seq. et in
Constit. de successiombus Comit. et Baron.
In necessitatibus enim nemo dicitur liberalis §.
de adm. leg. l. rem legatam Et ideo dicitur donari
quod nullo iure cogente conceditur et si non
loquitur ibi de dote, sed de donatione ut supra
probatum est Ad id autem quod not. per Gar.
de ijs qua à uir. in uxor. potest responderi quod
salua gratia tua, quod licet morgnag. non sit
simplex donatio, non sequitur quod sit donatio
causa mortis, quia esset tibi ipsi contrarius
Notauit enim in prima lege ipsius tituli
quod mulier uiuente marito est Domina
quarta, quod non potest esse uerum si esset
donatio causa mortis, quia uiuente marito non
esset ipsa domina, sed maritus, ut §. de donat. int.
uir. et uxor. l. sed interim in prin. Si ergo non erit mortis
causa donatio, sed dicitur potius donatio propter nuptias, cui
idem sanctus quartam assimilatur, ut not. ipse in p. l. ipsius
tituli. Item alia ratione non potest dici donatio causa mortis
quod si esset donatio causa mortis premortens muliere reuo caretur
et euanesceret, ut intit. de donat. §. l. et ff. si cert. pet. l. non omnis
et ff. de donat. caus. mort. l. senatus §. secundo et tamen Ignorante mu.
lieres debetur liberis ipsius ut in præalleg. l. si maritus de homic.
lib. ho.

Item mulier agit pro quarta uivente marito in casu
 in quo agere potest pro dote; ut not. Paulus
 qualiter mu. al. per sui. l. si qua mulier et in
 parochia tit. de y. que a vi. et ux. dantur l. 1.
 Quod non potest facere in aliquo casu si esset
 donatio causa mortis, cum non sit ualida nisi
 morte donantis preveniente ut supra probatum
